



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Homine Spirituali

**Walenburch, Adrian van
Walenburch, Peter van**

Antverpiae, 1666

Conclusio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10007

Iesus. Sumus omnes unus panis, quia omnes de uno pane participamus. O miraculum! ô Dei benignitatem! qui cum Patre sursum sedet, in illo temporis articulo unus cum fidelibus efficitur. Fideles autem uniti *Christo Iesu*, etiam uniuntur inter se; quia participantes de uno pane, qui est *Christus Iesus*, unum corpus multi sunt; desinentes nimirūm esse, quod erant; & facti in *Christo Iesu*, quod non erant: ut idem *Christus Iesus* esset in omnibus fidelibus, ipsique unum corpus in *Christo Iesu*.

CONCLUSIO.

1. **H**abes, ô anima mea, unde spiritualis efficiaris, per scientiam nimirūm *Iesu Christi*, Domini, & Salvatoris tui, in quo omnes thesauri sapientiae sunt absconditi. Ablit, ut aliquid scire velis, nisi *Iesum Christum*, & hunc crucifixum:

fixum : Esto de carne , & de ossibus
Domini tui , ut sis membrum sub
capite Christo Iesu tuo ; ab eo diligen-
dus, quia unitus .

2. Ita hoc ages , & patieris , quod
ipse dignatus est agere , & pati : cum
ipso morieris , & sepelieris , cum
ipso ad meliorem vitam transibis ; in
ipso suscitaberis , & sedebis in cæ-
lestibus , felix nimirum , si vita Iesu
manifestetur in carne tua mortali : si
tu non amplius vivas , vivat vero in
te Christus .

3. Erit fructus operis , si tuum
vivere Christus sit : erit lucrum mo-
rii , si à terrenis affectibus expedita,
verè desideres dissolvi , & esse cum
Christo . Habe conuersationem in
cælis , undè Salvatorem expectas : sit
tibi omnia Christus Iesus ; solatum , ut
de nullo conqueraris ; merces , ut li-
beraliter condones ; divitiæ , ne ter-
rena congreges ; honor , ut mundi
honores contemnas ; deliciæ , ut car-
nis

nis delicias proteras : ita enim in omnibus sufficiens eris , quia Iesus tibi sufficiet.

4. Conserva in te spiritum Christi , & considerans magnitudinem beneficij, noli unquam cessare à gratiarum actione. Æmulare ante omnia spiritum mansuetudinis , & pacis : instrue errantes in spiritu lenitatis ; & proximum tuum , sine gravi causa , ne contristaveris , cui benignitatem' debes , & misericordiam , qualem *Christus Iesus* tibi clementer impendit.

5. Hoc agens , magnâ frueris libertate per spiritum Domini , fiesque verè spiritualis , & conformis imaginis filij Dei.

DE